Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus. sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi in novissima tuba. Canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est. virtus vero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam. Per dominum nostrum Ihesum xpm. Beati mortui qui in domino morientur.